



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

XXI. De Christiano prouocante in iudicium extra ecclesiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

fcharum in ecclesiam .: non introeat, donec pœnitentiam recipiat.

ANNO  
CHRISTI  
450.

## XIX.

Mulier Christiana quæ acceperit virum honestis nuptiis, & postmodum discesserit a primo, & iunxerit se \* adulterio, quæ hæc fecit excommunicationis sit.

\* adultero,

## XX.

Christianus qui fraudat debitum cuiuslibet, ritu gentilium, excommunicationis sit donec soluat debitum.

## XXI.

Christianus cui dereliquerit aliquis & prouocat eum \* inductum, & non in ecclesiam vt ibi examinetur causa, qui sic fecerit alienus sit.

\* foris in  
iudiciu,

## XXII.

Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nuptiis, & amauerit alium, & consentit filiæ suæ, & acceperit dotem, ambo ab ecclesia excludantur.

## XXIII.

Si quis presbyterorum ecclesiam ædificauerit, non offerat antequam adducat suum pontificem, vt eam consecret, quia sic decet.

## XXIV.

Si quis aduena ingressus fuerit plebem, non ante baptizet, neque offerat, nec consecret, nec ecclesiam ædificet, \* nec permissionem accipiat ab episcopo: nam qui a gentibus sperat permissionem, alienus sit.

\* foris  
quam

## XXV.

Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint,